Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Sarabiam · ⁊ asabyam · ⁊ cum eis ⁐
fratribus eorum · x · Appendiqz eis argen
tum ⁊ aurum ⁊ vasa sancta domus
domini dei nostri · quae obtulerat rex ·
⁊ consiliatores eius · ⁊ principes eius ·
omnisque israel qui inuenti fue
rant · ⁊ appendit in manibus eorum argen
ti talenta · dc · l · ⁊ vasa argentea · c · an
ni · c · talenta · ⁊ crateras aureas · xx · ⁊
viginti solidos millenos · et vasa
eris fulgentis optimi · duo pulchri
ut aurum · ⁊ dixi eis · Vos sancti domini
⁊ vasa sancta · ⁊ argentum ⁊ aurum
spontanee oblatum est domino deo
patrum nostrorum · Vigilate ⁊ custodite do
nec appendatis coram principibus
sacerdotum · ⁊ leuitarum · ⁊ ducibus fa
miliarum israel in iherusalem · in thesaurum
domus domini · Susceperunt autem
sacerdotes ⁊ leuite · pondus argenti ⁊
auri ⁊ vasorum · ut deferent in iherusalem ·
in templum dei nostri · Promouimus se
a fluuium hamma · xii · die mensis
primi · ut pergeremus · ⁊ manus dei nostri
fuit super nos · ⁊ liberauit nos de ma
nu inimici · ⁊ insidiatoris in via ·
uenimus in iherusalem · ⁊ mansimus ibi
diebus tribus · Die autem quarto · appen
sum est argentum ⁊ aurum · et vasa
in domo dei nostri · per manum remoth
filii uriae sacerdotis · ⁊ cum eo eleazar
filius phynees · Cumque eis ioza
bed filius iosue · ⁊ noadiae filius
bennoi leuite · iuxta numerum ⁊ pondus
omnium · de septimo quoque et omne pondus
in tempore illo · Qui uenerant de capti
uitate filii transmigrationis · obtul
erunt holocausta domino deo israel · in
tituli · xii · pro omni israel · arietes
lxxxx · vi · agnos · lxx · vii · hircos · pro
peccato · xii · omnia in holocaustum
domino · Dederunt autem edicta
regis satrapis · qui erant de consen
tu regis · ⁊ ducibus trans flumen · ⁊ eleuauerunt
populum · ⁊ domum domini dei

Postquam autem completa sunt hec
accesserunt ad me princi
pes dicentes · Non est separatus
populus israel · ⁊ sacerdotes · ⁊ leuite · a populis
terrarum · et abominationibus eorum · chanaa
nei · hethei · ⁊ pherezei · et iebusei · ⁊ ammonitarum · ⁊ moabitarum · et e
gyptiorum · ⁊ amorreorum · Tulerunt enim
de filiabus eorum sibi · ⁊ filiis suis uxo
res · ⁊ commiscuerunt semen suum · cum po
pulis terrarum · Manus etiam princi
pum ⁊ magistratuum fuit in trans
gressione hac prima · Cumque audis
sem sermonem istum · scidi pallium
meum · ⁊ tunicam · ⁊ euulsi capil
los capitis mei · ⁊ barbe · ⁊ sedi m
estus · Conuenerunt autem ad me omnes
qui timebant verbum dei israel
⁊ pro transgressione eorum de capti
uitate uenientium · ⁊ ego sedebam tristis
usque ad sacrificium uespertinum · ⁊ in
sacrificio uespertino surrexi ad af
flictionem meam · ⁊ scisso pallio ⁊ tuni
ca · corruiam genua mea · ⁊ expandi
manus meas ad dominum deum meum ·
⁊ dixi · Domine deus meus · confun
dor ⁊ erubesco leuare faciem meam
ad te · quia iniquitates nostre multi
plicate sunt super caput nostrum · ⁊ de
licta nostra creuerunt usque ad celum · a
diebus patrum nostrorum · ⁊ nos ipsi peccauimus
gravissime usque ad diem hodiernum · ⁊ propter iniquitates nostras tradi sumus
ipsi · ⁊ reges nostri · ⁊ sacerdotes nostri in
manu regum terrarum · ⁊ in gladium ·
⁊ in captiuitatem · ⁊ in rapinam · ⁊ in con
fusionem uultus · sicut ⁊ die hodierno
Et nunc ecce parum · ⁊ ad momentum
facta est deprecatio nostra · apud dominum
nostrum · ut dimittere nobis reliquias
⁊ daretur nobis pax illius in lo
co sancto eius · ⁊ illuminaret oculos
nostros deus noster · ⁊ daret nobis uitam
modicam in seruitute nostra · cum
sumus · ⁊ in seruitute nostra deser

LX

n

" iniquitates